



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs  
Perutilis**

**Gilbertus < Tornacensis >**

**Coloniae, 1571**

**VD16 G 2034**

Cap. XXXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**

124 DE OFF. EPISC.

prædica populo tibi commisso, potens enim est Deus tibi augere gratiam. Hic addendum est, quod secundum quasdam ordinationes presbyteri tenent. Euangelium super caput eius. In quo notatur, quod sertè ordinandus in Episcopum debet subiectus esse iugo Euangeli, ut vivat ex toto secundum seipsum.

CAP. XXXV.

Absolutis ordinibus tantum minoribus, quam maioribus, tandem peruenit ad summum pontificem, quo modo & ipse ordinari debeat, proponit. Matt. 16.

**P**rocesso ab inferiori ad superiori us ascendo secundum ordinum differentias & officia dignatum, peruenimus ad caput Ecclesiae summum Pontificem, cui concessit Dominus totius Ecclesiae principatum. Unde & Dominus antepassionem dixit Petro: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &c. Licet enim universis Apostolis communiter dixerit: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. tamen:

po. men specialiter Petro dictum est:  
gra. Quaecunq; ligaueris super terram,  
dse. &c. In figura huic quia cum Pe-  
dim trus possit ligare ceteros, à ceteris  
e su. tamen ligari non potest. Circa pas-  
quod sionem similiter cum dixisset plura-  
e de- liter de omnibus; Simon, ecce Sa- Luc. 22.  
j, vt thanas expetiuit vos ut cribraret:  
z. singulariter pro Petro subiunxit:  
veri. Ego rogan pro te, ut non deficiat fi-  
rdi. destua. Inde est quod Ecclesia ple-  
gni. besq; conuersæ ab alijs Apostolis  
ccle. inquinatae sunt erroribus varijs. So-  
con. la verò Romana Ecclesia, cuius fides  
prin. in nulla tentatione deficit, utpo-  
inte te supra Petram stabilem solidata,  
Pe- nullis hæresibus, nullis erroribus  
gica- potest, vel potuit, vel poterit inqui-  
et e- nari. Licet enim prora vaciller  
ni- in mari, licet carina elidatur flucti-  
tis bus: puppis tamen permanebit im-  
ta- mobilis. Post passionem similiter  
zen. cum Dominus tertio quæsiuisset à  
F 7. Petro;

Ioan. 21. Petro; Simon Ioannis diligis mi-  
plus his? & iste tertio respondisset:  
Domine, tu scis quia amo te. statim  
ei Dominus tertio præcepit: Pa-  
sce oves meas, pasce agnos meos.  
Ipse enim est Petrus, qui solus vo-  
catus est in plenitudinem potesta-  
tis, cum omnes alij in partem solli-  
citudinis sunt vocati. Unde cum  
alij Discipuli post resurrectionem  
venissent ad Dominum nauigio Pe-  
trus succingens se, misit se in mare;  
quia cæteris Apostolis singula na-  
nicula, singula scilicet Ecclesiae sunt  
commissæ: Petro vero maris uni-  
uersitas est commissa. Iacobus enim  
qui columna videbatur esse Eccle-  
siae, sola Hierosolyma contentus est,  
& singuli singulis. Petro vero uni-  
uersalis ecclesia in toto orbe diffusa,  
in quo terminatur omnis perfectio  
Hierarchica. Unde sicut Cardi-  
nales specialiter, sicut Episcopi gene-  
raliter

raliter vicem tenent Apostolorum:  
ita Papa typum tenet individualiter Domini Iesu Christi. De cuius potestate magis est reverentialiter subicendum, quam temerè discutiendum.

## CAP. XXXVI.

**V**T igitur videamus quomodo Reducit omnis perfectio Hierarchica hoc cap. terminatur in Papa, reducamus Hierarchiam humanam ad angeli chiā hum- manam, & angelicam ad diuinam. ad Ange- Sciendum est igitur quod in Trini- licam, cu- tate est trium distinctio personarū, ius perfe- Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ctio in quibus appropriata sunt nomina summo potentiae, sapientiae, & bonitatis. Pontifi- Et ex ipsis sumuntur tres actus Hie natur. rarchici in angelica Hierarchia: Perfectio, quae pertinet ad Pa- tris potentiam; illuminatio, quae ad Filii sapientiam; purgatio, quae ad sancti Spiritus bonitatem. Est autem